

femetipsum commendet. Casparus Mantzius eruditô Commentariô il-
ustrare voluit Constitutionem Carolinam, nisi qvod saltrem *in articulo 103.*
substituerit. Excusus est *Ingolstadii Anno 1650.* Ludovicus Gilhausen iti-
dem succinctis notis dictam constitutionem illustrare voluit, qvæ novæ
Editioni Arboris Judiciariæ Criminalis in folio subnectuntur, prodiit in
Iucem *Anno 1662.* Nicolaus Vigelius, Goblerus, & Antonius Bullæus in
hanc Constitutionem commentati sunt; sed qvia istos hactenus compa-
rare mihi non potui, ideo de illis hic qviesco.

De Verbo.

Peinlich Gericht / und Peinlich Hals- Gericht.

Pxtra dubium est, de Jure Civili illud dici *Criminale Judi-
cium*, in qvo non ad Interesse privatum, sed ad vindictam
publicam proceditur *l. 9. §. 5. ff. de public. & vedi-
tig.* Et h̄c
pœna non semper est corporalis qvæ scilicet delinqventis
corpori infligitur. *l. 4. §. 1. ff. de Incend. l. 28. pr. & §. 1. ff.
de Pæn.* sed etiam pecuniaria, utpote qvæ fisco est applicanda. *l. 1. pr. ff.
ad L. Jul. de Vi priv. l. 1. ff. de Jure Fisc.* qvamvis tamen hæc poena in cor-
poralem mutari possit, si reus fuerit pauper: juxta illud: *Qui non habet
in ære, luat in corpore. l. 1. §. 3. ff. de Pæn.* Menoch *l. 2. c. 447. de A. J. Q.
Civile Judicium est*, in qvo agitur de pœna pecuniaria, & ad privatum
commodum spectante, ad qvam consequendam non tantum ex privatis.
§. 19. Inst. de Obl. qvæ ex dēl. nasc. l. 54. §. 4 ff. de Furt. l. 3. ff. de priv. delict.
Sed etiam publicis delictis agitur *l. un. C. Q. civ. act. crim. prej. l. 5. l. 9.
l. 23. l. 24. C. ad L. Corn. de Fals.* Hodiè tamen aliter ex moribus illa vox
Criminalis accipitur; Qvod ut recte intelligatur, vocabulum *Pæna Cri-
minalis* dupliciter accipitur. (1) *Latè & Impropiè*, qvâ alicujus existi-
matio & fama læditur, etiamsi delinqventis corpori nihil mali inferatur.
l. 103. ff. de V. S. (2) *Propriè*, & ita dicitur *Pæna Criminalis*, qvæ vel
vitam adimit, aut corpus affligit. Et hæc dici solet *Pæna capitalis*, eine
Peinliche Straße. Qvamvis vox isthæc etiam impropiè sumi solet de
pœnis corporis non afflictivis, ut de relegatione, infamia, privatione di-
gnitatis & honris, nec non confiscatione bonorum; attamen, ut dixi, hoc
fit impropiè & fit hoc non ex genuina verbi significatione, sed per conse-
qven-